

ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, notum esse volumus omnibus | tam prae-  
 sentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter nos Lûdouuico comite interveniente com-  
 passi inopię indigentium monachorum | deo devote famulantium in monasterio, quod  
 dicitur Reginherisbrunno, ab ipso in nostro episcopo in suę proprietatis gleba iuxta Loibam  
 5 silvam edificato ob respectum divini amoris et sanctae Mariae perpetuę virginis sanctique  
 Iohannis apostoli et evangelistę, quorum nomini dedicatum est, nec non pro gratia et vo-  
 luntate domin[i]<sup>a)</sup> nostri Paschalis Romanae sedis pontificis, quia nos super hoc [de]pre-  
 cari<sup>a)</sup> dignatus est, eo quod ipsius tutelae specialiter confovendus locus ille subiaceat,  
 tradidimus praenominatis [mo]nachis<sup>a)</sup> ad supplementum victus sui omnium dominicalium  
 10 [suo]rum<sup>a)</sup> cunctorumque sibi adherentium decimationem, [quam d]eo<sup>a)</sup> et nobis primitus  
 recognoverunt, [et ex]<sup>a)</sup> eadem decim[ation]e<sup>a)</sup> de uno q[uo]que dom[inicali]<sup>a)</sup> suo [id]<sup>a)</sup>, quod  
 vul[gari lingua dicitur]<sup>a)</sup> gouuimutti, pro antiqua Turingiorum iusticia reddant eis, quibus  
 hoc iure debetur. [H]anc<sup>a)</sup> autem traditionem firmam et inconvulsam cunctis permanen-  
 dam temporibus rogante Ernesto venerabili abbate banno dei et nostro praedicto monasterio  
 15 quiete in sempiternum et potestative perfruendam firmavimus eamque scripto hoc me-  
 moriae commendantes sigilli nostri impressione signavimus, ut, si quis forte in posterum,  
 quod absit, irritam facere praesumpserit, huius nostri privilegii auctoritate, divine magesta-  
 tis reus et banni nostri anathemate perpetuo, nisi resipiscat, dampnatus facile vincatur.

Data II. kal. maii anno ab incarnatione domini millesimo CV, indictione XIII; actum  
 20 Erphesfurt.

(SJD.)

7.

*Bischof Alboin von Merseburg eignet unter anderem auf Veranlassung des Grafen Wigbert dem  
 Kloster Pegau den Zehnten in verschiedenen in dem Burgwart Groitzsch in der Grafschaft des  
 25 Markgrafen Udo zwischen den Flüssen Wihra und Schnauder gelegenen Ortschaften zu.*

1105 Sept. 23.

*Gedr.: Annal. Pegav. in Monum. Germ. SS. 16,247.*

*Anm.: Vergl. Posse, Markgrafen von Meißen S. 155 Anm. 2 und S. 201 Anm. 144 und Cod. Sax. I. 1 Einl. 108.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Albuwinus dei gratia Merseburgensis  
 30 episcopus. Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter ego ob  
 interventionem domni Wicperti et Windolfi abbatis decimas villarum, quarum nomina  
 subscripta sunt, et ceterarum, si que circa hec loca adhuc instituentur, ob remedium anime  
 nostre monasterio Bigaugiensi in honorem sancti Iacobi constructo et provisorio eius Win-  
 dolfo tradidimus Scazlausdorf, Ottendorf, Scadorf, Monichoroth, Luziki, Suoerdorf, Zu-  
 35 lanesdorf, Belanesdorf, Milanisdorf, Drogisdorf, Scazindorf, Wadisdorf, Wiseska, Ever-  
 hardisdorf, Moisdorf, Sescuice, Kozowo. He autem site sunt in burcwardio Groiska in  
 comitatu Uodonis marchionis inter fluvios Wira et Snudra. Actum anno mcv, indictione  
 XII, VIII. kal. oct., nono anno ordinationis eius, consentientibus illius ecclesie canonicis  
 Huperto vicedomino, Dietoldo decano, magistro scholarum Walthero, et laicis Ludigero,  
 40 Heinricho, Gisilberto et aliis clericis et laicis quam plurimis. Ego Albuwinus propria

9. a) Loch. Die Lücken sind ausgefüllt nach Cop. Reinh. R R V. 18 fol. 250.